PHILIPPO LONICERO, SCHOLAE LITERARIAE IN IMPERIali vrbe Francoforto Rectori, fratri ſuo εὐπράττειν.

CVM ſuperioribus annis in inclyta Illuſtriſsimi Heſſorũ Principis Marpurgenſi Academia Matheſeos ſtudiũ, frater dilecte, profiterer, quàm potui ſuccinctè & perſpicuè, non tàm in tyronum huius artis, quàm in puerilium maximè ſcholarum vſum, Rudimenta Arithmetices hæc, quæ multis & grata & vtilia fuiſſe intellexi, id temporis collegi: Qui labor licet puerilis videri poſsit, tamen nõ ad Matheſin tantùm, cuius principium & fundamentum in numerorum ſcientia conſiſtit, ſed ad omnium aliarum etiam rerum intellectum, vtilem & neceſſarium fructum adferre, Diui Auguſtini elogio euidentiſsimum eſt: Nemo, dicentis, ad diuinarum humanarum-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG